

www.e-rara.ch

Lexicon medicum graeco-latinum

Stupanus, Emmanuel

Basileae, 1639

Kantonsbibliothek Graubünden

Shelf Mark: KBG Bn 35 (1)

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-99875>

S.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Rigor sine febre, nonnullis quidem accidit semel, nonnullis autem per vices interpolatas multorum dierum interjecto spatio, vel à principio usq; ad finem continuatur; aut est ita omnino exiguus, ut neq; adesse videatur, cum se quieti tradiderint, sed cum moveri cœperint, tunc demum eum sentiunt; aut etiam sine motu molestus, accidit pituita humore redundante, sed non putrescente; quando autem hic humor etiam putruerit, non modò rigent, sed etiam febricitant agri. 2. de differ. febr. cap. 5.

Rob. Vide Succum medicarum.

Ros, tertia est humiditatis species, unde partes nostri corporis nutriuntur, quæ continentur in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam, per earum substantiam sparsus. 7. meth. 6.

Rotula. Vide Patella.

Rubra bilis. Vide Bilis pallida.

Ructus, est flatûs excretio per gulam: cum & alius sit, qui per intestinum rectum secernitur. comm. 5. in 6. de morb. vulg. 4.

Ruptura. Vide Unionis solutio.

S

S A C C U S. Vide Cœcum Intestinum.

Sacer morbus (*ἱερά νόσος*, i. e. Epilepsia) dicitur, quod ejus magnitudo designetur; sacrum enim apud Antiquos significat magnitudinem. Alii verò sacrum dici putant, quod divinus esset, & à diis in peccatorum vindictam mitteretur: quos Gal. reprehendit, lib. 2. de caus. sympt. cap. 3.

Sacer ignis, i. e. Erysipelas. lib. de purg. med. fac. Licet Celsus, ignem sacrum, pravam ulcus existimat dici.

Sacrum os. *Vide* Dorsum.

Sagittalis sutura. *Vide* Obelæa.

Salsa pituita est, quæ ab alieno calore computruit,
2.de natur.fac.cap.9. & salsa redditur, aut propter putre-
dinem, aut propter salsa humiditatis serosa admistionem.
2.de differ.febr.cap.6.

Salvus, Palpitatio, & Palmos dicitur. 2.meth.2.
Vide Palpitatio.

Salvatella vena, est ramus venæ axillaris, media per-
currens intermedium digitum manûs, & auricularem.
3.de anat.adm.cap.5. & lib.de anat.viv.

Salubre corpus, simpliciter est, quod ab ipso Nature
ortu bonam habet temperaturam, in simplicibus & pri-
mis particulis, atq; in iis, quæ ex illis componuntur, instru-
mentis est probe conformatum & commensuratum. lib.ar-
tis med.cap.4.

Sanguificatio, Hæmatosis, est mutatio alimenti in
sanguinem. lib.finit.med. *Vide* Attraëtrix, & Hepar.

Sanguifluas venas, eas appellat Hippocrates, quæ
magna sunt, quibus ruptis, insignes sanguinis eruptiones
contingunt: id quod ex parvis evenire non consuevit; nam
& paucus ex hujusmodi sanguis effunditur, & citò ad
oras ipsas divisas coalescit, nec nocumentum affert. 2.de
fract.24.

Sanguinarium medicamentum (aliàs & gluti-
natorium, cruentis opitulans, Græcis Enæmon di-
ctum) est, quod vulneris oras committere & glutinare
molitur. 3.de compos.med.per gen.cap.2. *Vide* Glutina-
torium.

Sanguineus Cordis Ventriculus, dexter ipsius est
thalamus, per cujus orificium unum sanguis in Cor intro-

mittitur, per alterum autem, sanguis ex ipso in pulmonem deducitur: alius Cordis ventriculus sinister, spirituosus nominatur, per cuius prius quidem orificium, Cor iis, quæ in pulmone sunt, arteriis; per posterius autem, omnibus, quæ per totum animal sunt diffusæ, arteriis Cor est continuum. 6. de usu part. 7.

Sanguis, nunc sumitur pro omni in venis concluso succo, (pituita scilicet, utraq³ bile, & tenuibus serosisq³ liquoribus) nunc pro quarta substantia, è directo reliquis humoribus opposita, quæ propriè sanguis dicitur, & è cuius exuberantia tota massa nominatur. comm. 4. in 6. de morb. vulg. 29. & comm. 2. in 6. de morb. vulg. 38. & lib. de multitud. cap. 10.

Sanies. Vide Sordes.

Sanitas partium similiarium, est calidi, frigidi, humididi, & sicci symmetria: dissimilarium verò, compositio, numerus, magnitudo, figura conveniens. 1. de sanit. tuend. cap. 1. & 4. & comm. 2. in 1. de morb. vulg. 3.

Sapa, aliis Siræon vocatur, est mustum plurimum coctum. Sunt qui & ficuum siccarum decoctum ita nominant. lib. de attenuante dieta, cap. 12. Vide Apothermus.

Saphatum, Avicenna & Plinio manantia capitis ulcera nominantur, Græcis ἀχῶρα, & νήρια, Halyabbas tineam, sub quo & ficus, & ὑδραῖνα, & ἐξαιθυσία collocavit, nominat.

Sapor. Vide Chymus.

Saphæna vena est, quæ desuper ad partem cruris intimam descendit, quæ descendendo occultatur, donec partem super malleolum interiorem attingere incipiat. lib. de anat. viv. Vide Malleoli vena.

Sarcocele, σαρκονύλη, est morbus testiculis induratis

con-

veniens : quòd si aquosus humor in tunicis , quæ circa testiculos sunt , aggregetur , Hydrocele ; omentum autem & intestina quòd si eadem in loca illabantur , Epiplocele , & Enteroccele dicitur. lib. de tumor. cap. 15. Sarcocele verò simpliciter Ramex dicitur , quam aliàs proprio magis nomine Cirsocele nuncupant. 14. meth. med. 17.

Sarcoma , est carnis in naribus aut aliis partibus præter naturam auctio , differens à Polypo magnitudine & substantiâ. lib. finit. med.

Sarcomphalon , incrementum carnis est præter naturam in Umbilico. lib. finit. med.

Sarcosis in utero , est carnis ibidem prognata & collectæ expullatio , quam , si magna sit , recidere convenit , vellicatam scalpris , quòd celerius emoriatur ; sin' parva , protinus tollere. lib. finit. med. Videtur proinde aliud nihil esse quàm mola.

Sarcoticum medicamentum est , quod carne ulcus adimplet. 3. meth. 2.

Satyriasis , & Satyriasmus. Vide Priapismus , & Elephas.

Scabies. Vide Psora.

Scabies oculi , est summarum genarũ , angulorumq; oculi erosio , cum pruritu , quam acerrima fluxio progignit. lib. finit. medic.

Scalpella. Vide Laminas.

Scalptus , idem quod frictio , motusq; per ungues effectus , quod in prurientibus particulis animalia naturaliter faciunt , idq; in ipsis omnibus reperitur. comm. 5. in 6. de morb. vulg. 4.

Scamnum Hippocraticum. Vide Hippocraticum scamnum.

Scaphoides, i. e. os naviculare, sive naviforme, est os profundo sinu excavatum, Tali caput anterius & oblongum excipiens: dictum à scaphæ similitudine, cavitatem enim habet oblongam, scaphæ similem, in quam simile caput Astragali, seu Tali, intra se admittit. Vide Cubiforme.

Scapulæ, aliàs **Omoplatæ**, sunt ossa in dorso post thoracem sita, cum osse occipitis, spinâ thoracis, costis, & osse, quod gutturi præjacet, musculorum operâ copulata. lib. de ossib. cap. 14. & lib. Introd. cap. 10. Vide Omoplatæ.

Scarificatio, est cutis incisio. lib. de cucurbit. cap. 4. Vide Encharaxis.

Sceletos, quasi cadaver asiccatum, est osium humani corporis invicem coherentium universarum, universa compactio. lib. de ossib. in præf. & 1. de anat. adm. c. 2.

Scelos, crus, pars est corporis organica, à coxendice ad imum pedem protensa, præcipuum ambulationis instrumentum, cui innitimur: dividitur in femur, tibiâ, & pedem parvum.

Sceloryrbe, quasi cruris turbam, aut perturbationem dicas, species est resolutionis, quâ erectus ambulare homo nequiens, latus quandoq; sinistrum in dextrum, nonnunquam dextrum in sinistrum circumfert; interdum quoq; pedem non attollit, sed attrahit, velut ii, qui magnos clivos ascendunt. lib. finit. med.

Sceptica, est illorum Medicorum schola, qui nihil sciri posse dicebant, atq; in singulis rebus hærent, atq; hæsitant. libell. de subfig. emp. cap. 1.

Schesis, i. e. dispositio, est adventitius corporis habitus, qui facile discutitur, ut calefactum in Sole lignum: eppositus ei affectioni, quæ agrè solvitur; lignum E. G. quod igni

eatenus excalefactum est, ut jam accendatur, & fumum edat. 8. meth. cap. 1. & 3. de caus. puls. cap. 10. Vide Afectus.

Schetica febris est, quæ facile discutitur; econtrà Hectica, quæ difficulter solvitur. 8. meth. 1.

Schecron, exquisitum victum vocat Hippocrates; Phaulon autem, victum simplicem, vulgarem & exquisitum; medium autem, Hypophaulon, i.e. subvulgarem. 1. de fract. 45.

Schidacedon, est divisio per longitudinem facta, conveniens fractis ossibus, quæ non omnino separantur à se invicem, sed veluti per rectitudinem finduntur: veluti Cauledon, divisio per transversum facta. 6. meth. 5.

Scindapfos. Vide Pituita.

Scirrhis, est livescens & crescens caro, ex vehementiâ inflammationis orta. lib. Introd. cap. 15.

Scirrhus, tumor est durus, qui sine dolore, non tamen omni sine sensu est; talis enim sanabilis non est. Sunt, qui eos duntaxat tumores præter naturam, qui omnino insensibiles sunt, scirrhos appellandos censent, reliquos non scirrhos, sed scirrhosos tumores. 14. meth. 6. Exquisitus verò scirrhus nominatur, qui omnino durus, sensuq; privatus est; qui verò non omnino insensibilis, & difficulter sentit, ex humore lento, & crasso, qui partibus, quæ indurantur, tenaciter infigitur, non-exquisitus. 2. ad Glau. 4.

Sclerialis, i.e. durities, est tumor palpebræ cum rubore & dolore, difficile tollitur, & durat magis, quàm inflammatio. lib. Introd. cap. 15.

Sclerintica, i.e. indurancia medicamenta, quæ duritiem corpori inducunt: quod tribus auxiliis præ-

flatur, congelatione, siccitate, & repletione tensioneq₃.

Scleroma, durities, tumor est duriusculus, qui in parte vulvæ aliquā nascitur, fitq₃ plerumq₃ ex phlegmonis, quæ diu permansit, induratione. lib. finit. med.

Sclerophthalmia, i.e. dura lippitudo, in quā oculus durior, ad motum pigrior, dolens, rubicundus redditur, palpebræq₃ similiter duriores solito siccioresq₃ reddite, post somnum aperiri facile non possunt, ut nec inverti, propter duritiem; differt à Xerophthalmia, solâ magnitudine doloris, duritiei, & siccitatis, quod hæc sit illâ imbecillior longè.

Scleros tunica. Vide Retina.

Scoliosis. Vide Obstipitas, Cyphosis.

Scoptulæ. Vide Omoplatæ.

Scotodinos, h.e. tenebricosa Vertigo; cum enim caput circumagi videtur, Dinos, sive Vertigo nuncupatur; cum insuper & tenebricosa fuerit visio, Scotodinos, h.e. tenebricosa Vertigo appellatur. Porro, ob inordinatam spiritus flatusi motionem, qui vel in capite primam suam habet generationem, vel sursum ex infernis fertur partibus. 4. acut. 42. Est ergo Scotodinos, seu tenebricosa Vertigo, quando simul res conspecta videntur circumvolvi, & sensus visus repente obscuratur, & egrotus, sibi tenebras circumfundi, opinatur. 4. aph. 17. Idem affectus & Scotomia, & Scotoma, & affectus scotomaticus appellatur; ex quâ ipsâ appellatione, qualis sit, apparet, quippè à parva occasione hebetantur ii, qui sic laborant, aded, ut interdum cadant, maxime si aliquando in gyrū rotentur; sive aliū quempiam rotari viderint; sive rotā, aut id genus aliud quippiā, ipsosq₃ aded, quos vocant, in aquis vortices, circumagi viderint. 3. de loc. aff. 8.

Scot

Scotomia, Scotoma, Scotomaticus affectus. Vide Scorodinos.

Scrofulæ, aliàs Strumæ Chærades, Parotides, & Eparmata dicuntur, sunt apostemata secus aures. lib. de med. facil. par. cap. 11.

Scrotum, est tunica crassissima, extrinsecus testiculos ambiens. lib. Introd. cap. 10. Vulgò Bursa testium dicitur.

Scutiformis cartilago. Vide Cricoides.

Scybala excrementa, sicciora, & quasi in nucleum formata, combustâ scilicet à visceris phlegmone, sunt περὶ τὸν αἶμα. 4. acut.

Scypho. Vide Choana.

Scyros, i. e. Callus, & Porus.

Scytalides. Vide Digni.

Sebum, sive sebum, est oleosa & pinguis substantia, adipe siccior, & magis concreta compactaq₃, ejusdemq₃ interim cum adipe generis, (utrumq₃ enim sanguis est coctus, ex nutrimenti bonitate) nisi quòd sebum fragile usquequaq₃ sit, nec igni admotum tam facile liquecat, & cum refrixit, denuò concreseat: pinguedo autem liquidior sit, minimèq₃ apta durari, oleo longâ vetustate incrassato similis, ut equi, & suis.

Secundiformis tunica, Græcè Choroides. Vide Choroides.

Secunda, sive Secundina. Vide Chorion, Retina, Retiforme.

Secundùm naturam fieri dicitur, quod primâ ratione à natura fit, & quasi finis ab eâ intenditur, non quòd ex consequitione quadam aliis succedere consuevit; talis motus secundùm naturam est, cum ex se aliquid insit aq₃ naturâ suâ movetur: ut, motus Cordis, qui in pulsibus fit, est

operatio, & ea quidem secundum naturam; qui vero in palpitacionibus fit, is & à Corde fit, sed p.n. à causis morbidis exagitato; undè etiam palpitatio affectio est, & ea quidem p.n. 6. de placit. c. 1. Præter naturam autem omne est, aut affectus, à quo functio leditur, aut causa horum, aut symptomata: 3. de præag. ex puls. cap. 1. differtq; ab eo, quod est non naturaliter se habere. 8. meth. 9.

Sedes. Vide Unionis solutio.

Sedimentum, est id, quod in urina parte infimâ subsidet. lib. de urinis, cap. 16. Quod si ad supremam superficiem terminatur, dicitur Nubecula; si ad mediam regionem, Suspensum; si profundiori parte, inferioremq; occupet locum, Hypostasis. Ibid. cap. 21.

Semen, ex Aristotele, est quadam pars utilis excrementi, à quo, & ex quo singula foetus membra efformantur. i. de semin. cap. 14. Alii Semen nihil aliud esse dicunt, quam sanguinem à venis, quæ ipsum continent, exquisitè confectum. 2. de sem. cap. 2. & 1. progn. 42.

Semicoctos humores appello, qui à ventriculi calore alterationem perpeffi, nec tamen perfectè ab eo superati fuerunt. 4. simpl. 15.

Seminarii meatus. Vide Parastatæ, & Glandulosi assistentes.

Semeiotice, h. e. adnotatrix Medicina pars est, quæ de signis salubribus, insalubribus, & neutris agit, curationi morborum, per victum, summè necessaria, præterita, præsentiaq; symptomata ad morbi causam inveniendam, & ad præsagiendum, diligenter inspiciens. lib. Introd. cap. 8.

Semisyderatus homo. Vide Syderatio.

Semitertiana, *μικροτέρα*, febris est, quæ ex quotidiana continua, & tertiana intermittente fit: 2. de diff. febr. cap. 2.

cap.7. ubi sequentem in modum de hac febris loquitur: Fre-
quenter febris secundum suam ipsius naturam, ex inter-
mittentium genere est, ut tertiana; complexus autem quo-
tidiana febris, nullum integritatis tempus, priori circuitui
relinquit, dum secunda accessio, antequam prior absolva-
tur, invadere anticipet; hanc ego febrem, compendiose
clarag, doctrinae gratia, uno volens appellare vocabulo, im-
posui ei nomen Semitertianae. lib. de morb. temp. cap.8.
Sanè nonnulli ajunt, Semitertianam ita nominatam
fuisse, veluti semicirculum ipsam tertiani circuitus dimi-
dio minorem esse asserentes. Alii dicunt, Semitertianam
appellatam fuisse idèd, quòd dimidio tempore tertianam
superet: ut, si tertiana accessio ex duodecim horis compo-
natur, semitertiana ipsas duodecim horas tertiana in sese
comprehendat, eisq, dimidium duodecim horarum addat,
universaq, simul evadant duo-de-viginti. lib. de Typ. c.4.

Senecta serpentum, est crassissimus quidam lentor,
& velut membrana, ex diuturna latitationis mora, hyemis
tempore, sub cavernis terrae còtracta, temporis longitudine
potius, quàm senescentis ætatis vitio, facta. lib. de Theriac.
ad Pison. cap.13.

Senes, à Decrepitis nonnulli distinguunt, nomen senio-
rum ultimæ ætati tribuentes, senes autem in priori ætate
statuentes, quæ media est inter juvenes & seniores. Ali-
quando senes vocat Hippocrates eos, qui extremam agunt
ætatem. 3. aph. 31. Estq, id, quod propriè omnes homines se-
nectutem appellant, non aliud, quàm siccum, & frigidum
corporis temperamentum, annorum multitudinis ratione
comparatum. 5. de tuend. sanit. cap.9.

Sensifici nervi. Vide Nervi sensifici.

Sensus indigentia, est sensus tactus exquisitissimus,
soli

soli ventriculo, & maximè ori ejus superno per conjugationis sextæ nervos molles, concessus, ad cibum sumendum animal ipsum excitans & stimulans, 4. de usu part. cap. 7. qui fames nuncupatur. lib. 5. cap. 8.

Sensus vitiosus est omnis, qui perperam obitur & oblesus est, quando scilicet proprium sensibile nõ aut omnino sentitur, vel cum vitio sentitur, vel diminutè, aut depravatè, & sub specie peregrinâ percipitur; ut, in auditu surditas, auditus gravitas, obauditio: in visu cæcitas, visus obscuritas, & depravationes quædam. lib. de symptom. differ. cap. 3.

Sepedonodes, putredinosos, Græci vocant eos, qui ad putredinem sunt proni & dispositi. 8. meth. 7.

Septa, quæ & Septica medicamenta dicuntur, sunt omnia, quæ tùm eliquare, tùm colliquare, ac potissimum carnem tenellam consumere ferè absq; dolore possunt: hujusmodi sunt, Arsenicum, Auripigmentum, Sandaracha, Chrysocola, Aconitum; vocantur Septica seu Putrefactientia cum putredine: symptomatis autem similitudo, ut sic appellemus, efficit; inter hæc autem numerantur & Cathæretica, h. e. detractoria, quæ extrinsecam solummodo superficiem, quam tetigerint, detrahunt & conficiunt, neq; in altum subire corporis & seivire valent: ut, Alumen, Galla, Omphacium, Aes combustum lotum. 5. simpl. 15.

Serapium, vocat Actuarius potionem, quam hodiè Syrupum nominant: sic verò vocant, quando medicamentosi succi & liquores cum melle vel saccharo, donec concreverint, coquuntur. Dividunt Seplassarii Syrupum in brevem & longum: brevem, quod parum aquei humoris in se habet, appellant alio nomine communem: vocant longum, quod humoris aquei multum obtineat, nominantq;

nantq; aliàs decoctum; quin & dividunt in communes
& magistrales.

Septum transversum. Vide Diaphragma.

Serosum recrementum. Vide Ochima τροφῆς.

Serpigo. Vide Herpes.

Sesamoidea ossa, à sesami leguminis minuti specie sic
dicta, quæ multis manuum & pedum articulis, natura ex
abundanti, velut auctarium circumponit, securitatis gra-
tiâ. 2. de usu part. cap. 12.

Sessilis verruca. Vide Formica, & Myrmecia.

Sextans, pendet uncias duas; sestarius, uncias tres.
4. de comp. med. per gen. 14.

Sicca & valida frictio est, quæ corpori foris adhibe-
tur, ad curandam quodammôdò lassitudinem, nullo hu-
mido, aquâ videlicet, vel oleo, foris corpori circumfuso.
2. simpl. 25.

Siccus hydrops. Vide Hydrops Tympania.

Sief. Vide Collyria.

Sielismus, est saliva copiosissima in os affluxus, sive ab
humidiori capite in glandulas, ad radicem linguæ sitas;
sive à Ventriculo, multâ pituitâ redundante, quæ ex eo se-
cundum gulam in os prorepat & refluit multoties, etiam
absque vomitu. 8. de comp. med. loc. cap. 4.

Sigmoides apophysis, dicitur processus unus Omo-
plata, quod instar antiquæ Græcorum literæ C cavus sit:
aliàs Ancyroides & Coracoides appellatur.

Sigmoides membranæ, seu cartilagine, sunt tres
tunica, quæ in venæ Cordis arteriosæ orificio visuntur, (quæ
pulmonem alunt) intus foras spectâtes, quas à figura Græ-
cæ literæ S, sigmoides appellârunt. 6. de usu part. cap. 14.
Sigmoides quoq; dicuntur, cartilaginum asperæ arteriæ,
extre-

extremae partes, quæ litera Σ figuram referunt. 4. de loc. aff. 6. Vide Cricoides.

Signa iudicatoria. Vide Decretorius dies.

Significatio febris. Vide Insultus accessions.

Signa aliqua mala sunt, cum ut signa, tum ut causa: ut signa quidem, quoties ex difficilioribus sunt affectionibus; ut causa verò, quoties ipsa rursus alias committunt & concitant pravas affectiones, pessimaq; inducunt symptomata. 2. prognost. 49.

Sima Hepatis pars, est concava ipsius pars, quæ ex parte prodit vena porta; per cujus furculos, nimirum Mesaræi venas, alimentum à ventriculo, primisq; intestinis jecur attrahit: cujus opposita pars, convexa & gibba nuncupatur. 4. de usu part. cap. 13.

Similare membrum (quod & simplex, homogeneum, & prima corporis particula, quæ ex primis constat elementis, & ex quâ partes organicae conflatae sunt) est, cujus quamcunq; partem sensibilem sumpseris, erit illa toti similis in nomine, & definitione, sicut os & caro. lib. de anat. viv. Cujusmodi sunt etiam arteria, vena, nervi, ossa, cartilago, ligamentum, membrana, caro. lib. de morb. differ. cap. 3. Vide Instrumenta.

Simiosis. Vide Annotatio.

Simplex morbus. Vide Compositus.

Simplicem febrem vocat Hippocrates, quæ mitis est, & cum signis tuis cum primis: sic dicitur febris ephemera. 1. de cris. 16.

Synapismus, est medicamentum vehementer calidum ex synapi compositum, capiti conveniens. 3. de loc. aff. 4.

Synciput, est anterior capitis pars, supra frontem sita, capillis interiecta. lib. Introd. cap. 10. Vide Bregma.

Singul.

Singultus, ἀνύξ, est convulsiva quædam oris ventriculi affectio, quories illud ex humorum copiâ vel gravatur, vel mordetur, vel propter frigiditatem contristatur. com. 1. in 1. prorrh. 23. Accedit etiam ex immoderata inanitione. 4. acut. 69. Non autem Singultus est vera convulsio, utpote quæ in solis musculis accidit; ventriculus autem nec musculus est, nec ejus os. 3. de caus. sympt. cap. 2.

Singultuosa febris est, in quâ per singultum, rodens acerrimusq; humor vomitû rejicitur, à quo tamen symptomate febrientes sunt liberati: verum febris hujusmodi nequaquam singultuosa dici debet, nisi singultus per totum morbum, simul cum febre, agrum excruciarit. 4. acut. 69.

Sinus, aut Vomica, est solutio continuitatis in carnosa parte: fit cum sanguinis in mediam regionem, partium inanem & porosam, affluxione: id quod abscessui, & sinui commune est; pars affecta, in exteriori summitate occlusa, os nullum habet, & abscessisse ipsa dicitur à subjectis partibus, cum ejusmodi in ipsam quædam fit fluxio: affectio verò abscessus propriè, sive apostema vocatur; at ubi aliquâ ex parte aperta est, ut, qui continetur, humor inde excernatur, non amplius abscessus, sed sinus jam appellatur. 2. de his, quæ in medic. 27.

Sinus rectus appellatur, cujus os, in inferiore parte; fundum, in superiore est: obliquus, cum in latus declinat. Fiunt contrario etiam modo sinus, quibus deorsum fundum, sursum verò os vergat; quibus neutiquam fundum, quò facilior saniei exitus pateat, aperimus. 2. de his, quæ in medic. 28.

Sinus vulvæ. Vide Cornua uteri.

Sirialis, est inflammatio Cerebri, & membranarum ejus, quam consequuntur syncipitis & oculorum cavitas,

tas, febris ardens, pallor, totius corporis siccitas & inappetentia.

Siræon. Vide Apothermus.

Sitis, Græcè δίψας, est appetitus frigidi & humidi alimenti. lib. 1. de caus. sympt. c. 3.

Solidas corporis partes, vocant Medici ossa, cartilagineas, ligamenta, tunicas, musculos, membranas, nervos, arterias, quas particulas, eleméntares, similares, & simplices appellant. 1. de natur. fac. cap. 7.

Solutio morbi, simpliciter est illa, in qua vel virtute, vel morbo sensim emoriente & devicto, vel morbus, vel vita finitur. 3. de cris. 1.

Solutus, est & dicitur Paralyticus, qui laxatos habet articulos. 5. de compos. med. per gen. cap. 2.

Sopientia. Vide Anodyna.

Sopor, aliàs Coma, propensio delatióve in somnum est, cum vigilare agri nequeunt, non habentes apertos oculos, sed conniventes, alto somno, vel tenui, quin & vigiliis detinentur; idq; accidit, vel humectatâ plus nimis eâ parte Cerebri, quæ sensûs fons est, ut in ebris, vel ejusdem intensissimum ob solum frigus; aliquando ob utrumq; quin & propter virium imbecillitatem adeo jam emorientium, ut apertas palpebras, moribundi, servare nequeant. comm. 1. in 3. de morb. vulg. 7. Vide Caros, & Coma.

Soporariæ arteriæ, vulgò Carotides dicuntur, sunt duæ illæ, quæ ab arteriâ magnâ sursum ascendente, postquam ex Thorace exiens, ac claviculas transgressa, in medium jugulum pervenit, generantur. 1. de placit. c. 7. Vide Carotides.

Sordes, crassius nutritionis excrementum est; in ipsâ enim carnis generatione duplex excrementum provenit, quod

quod omnem qualitaris alimenti mutationem superat: alterum crassius, alterum tenuius: quod tenuius est, ipsa est insensibilis perspiratio; quæ etiam subinde fit visibilis, quoties vel naturalis calor languet, vel nutrimento utitur, quàm iustum sit, ampliore, vel motus quispiam vehementior animali contingit; alterum crassius, sunt ipsæ sordes, quæ in summo corpore nostro colliguntur. Quin etiam in ulceribus, tenue excrementum, sanies, Græcè Ichor appellatur; quod crassum est, sordes: ex priori excremento, ulcus humidum redditur; ex crasso, sordidum. 3. meth. 3. Vide Ichor.

Sorici cauda, sive Soricinus. Vide Myurus.

Sparganosis est, dum ob lactis redundantiam, mammillæ tumefactæ sic distenduntur, ut copiam hanc vix ferre queant. lib. 2. ad Glauc. cap. 2.

Spasma. Vide Rhegma.

Spasmus, i. e. Convulsio, musculi est ad suum principium contractio. Vide Convulsio. Inde Spasmosus affectus, i. e. Convulsivus, qui in suo principio, aut non multò post, quàm fieri cœperit, convulsionem accersit. comm. 3. in 1. prorrh. Sic convulsivum affectum appellant, qui ante mortem necessariò, convulsionis aliquod periculum inducit. i. de præag. ex puls. Spasmosus autem pulsus, sive convulsivus pulsus, est inequalis in unâ pulsatione, & diversis arteriæ partibus, & ejusmodi quidem, in quo utrinq; ab extremis retrahi, tendi, convelliq; arteria videtur, in modum chordæ tensæ.

Spasmus oculi. Vide Mollities.

Spata, vulgò Spatula, instrumentum est, quo Pharmacopola, confecturas in cacabo, seu mortario movent. 1. de comp. med. per gen. c. 4.

Sparthomela. *Vide Laminas.*

Sperma, Spermaticæ arteriæ, Spermaticæ venæ, Spermatici pori. *Vide Semen, Glandulosi assistentes, & Parastatae.*

Sphacelare, Hippocr. in lib. de fract. & artic. idem est quod corrumpere: Sphacelus autem est corruptio substantiæ uniuscujusq; partis, quæ sphacelari dicitur. Partis carnosæ autem interitum, ex magnitudine inflammationis, propriè Medici Gangrenam nominant. 7. aph. 50. Sphacelon, in specie etiam vocant ossis cariem. 14. meth. 17. Sphacelos vocem sunt qui dicunt, vehementem dolorem declarare; alii inflammationis excessum tantum, qui partem ad corruptionis periculum deducat. 2. de loc. aff. 7.

Sphacelodes Hemisrania, i.e. alterius capitis partis convulsorius dolor. 2. de loc. aff. 7.

Sphacelon. *Vide Sphacelare, & Syderatio.*

Sphæromata. *Vide Natem.*

Sphage. *Vide Anticardion.*

Sphagitide, i.e. venæ jugulares. 5. meth. 4.

Sphenois os (quod & Polymorphum appellatur, lib. Introd. cap. 12.) est, quod ad cunei similitudinem, ex utroq; latere Calvariæ, ad palatum tendit, superiorem maxillam constituens, cujus ossis apophyses utring; concava, ab alarum similitudine, Pterygodes nuncupantur. lib. de ossib. cap. 1.

Sphincter, quasi constrictor, seu constrictorius, musculus constringens orificium recti intestini, & vesicæ urinariæ. 6. de anat. adm. cap. 4. *Vide Rectum Intestinum.*

Spicilla. *Vide Laminas.*

Spina, est omnium vertebrarum, quas spondylos vocant, basis, compages & structura: sumitur etiam ali-

quan-

quando pro medulla spinali. 3. de loc. aff. 10. Vide Dor-
lum, Myelon, & Medulla spinalis.

Spirationem naturalem, appellat Hippocrates spi-
rationis facilitatem, quæ neg₃ Thoracem, neg₃ Cor, aut
Pulmonem, neg₃ Præcordia p. n. affecta, aut dolore aliquo
infectata, quin neg₃ partes adjunctas, Ventriculum, Lie-
nem, Jecur, egrotare significat. 1. progn. 25.

Spiritus, πνεῦμα, præcipuum est natura, simul & ani-
ma instrumentum, quo omnes functiones muniaq₃ exequi-
tur; substantia aërea, calida, levissima, tenuissima, omnes
in corpore motus naturales ciens; est enim tertia substan-
tia corporis nostri cōstitutiva, contradistincta aliis duabus
solidis, & humoribus, ejusdem planè cum calore nativo ori-
ginis, & temperiei, cujus calor est perpetuus comes; nam
cum ad vitæ munia oporteret calidum innatum per omnia
diffundi, is verò singulis solidis partibus insitus & fixus, &
immobilis sit; ei Natura, spiritum socium ascivit, qui i-
psam, suo celeri motu, quò necesse erat, deduceret. Estq₃
ranta spiritui cum calore nativo, substantiæ communio,
& operis societas, ut par sit ejusdem essentia, natura, &
proprietas; ut non immeritò Hippocrates spiritus vocarit,
impetum facientia, à sui motus celeritate. Aliquando Hip-
pocrates absolute ipsam respirationem, vocat spiritum.
com. 4. in 6. de morb. vulg. 4. Undè & densum & rarum
spiritum, i. e. respirationem tardam, & raram vocita-
bat. 1. de diffic. respir. c. 2. Interdum, ab eodem, aër inspiratu
attractus, qui respirationis, vocisq₃ materia est, spiritus
appellatur. 1. acut. & in prognost. Aliquando flatus ipse,
quo nervosa & musculosa corpora distenduntur, spiritus
appellatur.

Spirituosos, appellat Hippocrates eos duntaxat, qui

copiosum aëre inspirant, & aëre multo indigent. 4. acut. 115.

Spirituosus. Vide Sanguineus.

Spiritus flatuosus, sive flatus, crassus & vaporosus flatus est, secundum substantiam aërius, tenuis. Cogitaverò ejus naturam ex circumstante nos aëre, in memoriam revocans, qualis in Austrinis constitutionibus, & qualis in Aquilonaribus fiat: ei enim, qui in Australibus, assimilatur flatuosus; alteri verò, qui in Aquilonaribus, is, qui in nobis secundum naturam est, spiritus comparatur. 2. ad Glauco. 6. Vide Flatus.

Spiritus animalis, est primum animæ instrumentum, in Cerebri ventriculis contentus, ad sensificam & motricem vim in universas corporis partes transmittendam, procreatus. 4. de loc. affect. 2. Spiritus equidem, qui in arteriis continetur, vitalis & est, & dicitur; qui in Cerebro, animalis, non quòd de substantia animæ sit, sed quòd primum ejus illic habitantis sit instrumentum, qualiscunq; substantia ejusdem fuerit, qui ex vitali perfectius concocto, & in Cerebri anfractibus elaborato, conficitur; qui animalis spiritus, nequaquam animæ domicilium, sed primum tantum ejus instrumentum est, eò quòd, cum ex vulneratione fuerit evacuatus, illicò animal quasi mortuum collabatur; cum iterum colligitur, reviviscit. 7. de placit. cap. 3. Spiritus animalis, exhalatio quadam est sanguinis benigni. 6. de usu part. 17.

Spiritus detentio, est Respirationis ad plurimum tempus voluntaria cohibitio, per quam & singultus, & oscitationes sanantur. 3. de diff. respir. cap. 10.

Spiritus densus, est brevis spiratio, sive motus respiratoriorum organorum, per breve tempus, factus. 3. de differ. respir. cap. 10. Vide Inspiratio densa.

Spiri.

Spiritus inter exeundum offendens. *Vide* Experimentus.

Spiritus asper, à quibusdam appellatur is spiritus, qui cum sono & stertore ducitur. sive ob angustiam loci, quo ille redditur, sive ab humoris copiâ. 3. de artic.

Spiritus vitalis à Cordis facultate naturali genitus, in arteriis continetur, & nutritur per respirationem, attracto aëre & sanguine; quod si naturalis quoq; spiritus est, utique is quoq; in jecinore, & venis continebitur, 12. meth. 5.

Spiritus naturalis. *Vide* Spiritus vitalis.

Spiritus sublimis est, qui sublimioribus thoracis partibus inspiratur. 4. de loc. aff. 7.

Spirituum interceptio. *Vide* Interceptiones spirituum.

Spissum corpus. *Vide* Rarum.

Splen, sive Lien, corpus est rarum admodum, ac laxum, instar spongiae, ut succos crassos, & melancholicos facile attrahat, excipiat, hepar ab illis expurget, eosdemq; conficiat. Unde ipsum Parenchyma, i. e. affusionem nominant, 4. de usu part. cap. 15. cujus simæ partes, seu concavæ Fecur, & ventriculum spectant: gibbæ his opponuntur. cap. 16. Ejusdem Lienis corpus tantò est rarius hepate, quantum est crassius pulmone. cap. 15.

Splenica vena, est ramus sinister superior & minor venæ portæ, qui totus per lienem spargitur; nam cum venæ portæ in duos præcipuos ramos, mesentericum videlicet & splenicum, distincta sit, hic in lienem abit, ille in mesenterium diffunditur.

Splenici, dicuntur ii propriè, qui induratum splenis habent scirrhosamq; substantiam; non autem, quibus in-

flammatum viscus est. 9. de comp. med. loc. cap. 2. Evadunt autem lienosi, à copia melancholici humoris, lieni inferti, quam defluxiones, & scædus corporis color subsequitur.

Splendentem urinam vocavit Galenus, quæ & flava est, & peculiari ac propriâ mistione constat, ita ut gemini coloris esse videatur, & rufi, & rubei, splendorem à rufo, nitorem autem à rubeo accipiens. lib. de urin. cap. 4.

Splenia. Vide Plagulæ.

Spondylus, Sphondylus, Spondylon, & Vertebra, sunt viginti-quatuor ossa, quibus Rhachis, i.e. spina constituitur; tot enim sunt in homine, secundum naturam se habente: aliquando verò plura, aliquando pauciora visa sunt, omnia cava & forata, spinam habent, & apophyses obliquas, & transversas descendentes, & ascendentes. Vide Dorsum.

Spongoidea ossa. Vide Ossa Ithmoidea, & Cavernosa ossa.

Spontanea vocantur ulcera, quæ oriuntur ex mordente humore, qui sistitur in exitu, ac tardat, extremamq; cuticulam solam, propterea quod ab eâ remoratur, tum erodit, tum exedit; quam nec ipsam, si eandem quoq; sudoris vice transirent, ulcerarent. 14. meth. 17.

Spontaneum, apud Medicos dicitur, non quod sine causa sit, sed quod nostrâ causâ non sit: item quod sit absq; operâ Medici, solius Naturæ vi. 6. aph. 14.

Sponte evacuari ex corpore dicimus, quæcumq; sine Medici operâ excernuntur; ea scilicet, quæ nostrum regit corpus, potentiâ ipsum expurgante, aut quæ ex irritamento aliquo, aut quia à vasis nō cōtinentur, rejiciuntur. 4. aph. 2.

Sporades morbi, sive Sporadici sunt, qui sparsim privatimq;prehendunt, agros discrepantèr fatigantes, neq;
secun-

secundum communem modum constantes. 1. acut. 9. Vide Endemus, Communis.

Sporades venæ, sunt propagines quadam venæ maxime, cavæ, trunci, in totum crus, ab interiore ipsius parte per inguina procurrentis, inordinatæ, ad cutem permeantes, modicis intervallis dispersæ. 3. de anat. adm. cap. 12.

Spuriæ costæ. Vide Illegitimæ.

Sputamen, est sputum, cui aliquid alieni humoris est admistum : ut, bilis, sanguinis, saniei. 1. de cris. 5. Sputum autem, quod secundum naturam se habet, est, cui flavum aliquid admistum est. Ibid.

Sputum appellatur, non quod sanguineum, biliosum, atq; spumosum est ; tale enim propriè sputamen nominamus : sed quod neq; sanguini, neq; bili pallidæ, vel nigra commistum, spuendo rejectum fuerit. 1. de cris. 5.

Spiratus, (ἐπιφύσεις πύρετοι) vocant Caprarum dejectiones : sunt autem hæ sicca, atq; id, quod excernitur, propriâ circumscriptione rotundum circumductumq; existit : cum igitur quis hoc pacto, sicca & circumducta dejecerit excrementa, talia Spyratode, i.e. in spyras voluta appellantur ; sunt & quod plusculo tempore retinentur, & propter copiam igneæ caliditatis : com. 1. in 1. prorrh. 6. quæ & Scybala excrementa vocantur. Vide Scybala excrementa.

Squamosæ agglutinationes, quæ aliàs & mendo-
sæ commissuræ, & temporales dicuntur. Vide Lepi-
doides.

Staltica medicamēta, quæ carnes vulneribus equant.
lib. de Dynam. in præm.

Staphyle, est carnosæ quadam particula, quæ in sum-
mo ore apparet pendula, si quis, aperto plurimum ore toto,

linguam deprimat; hæc ipsa caruncula duobus nominibus appellatur, à veteribus Græcis Gargareon, & Cion, h.e. Gurgulio & Columna. Caterum, posteriores Medici ferè omnes non ita, sed Cyonidem, i.e. Columellam vocant; nam qui Staphylen, i.e. uvam & acinum ipsam appellant, eorum neq. meminisse præstat. Proprie enim non particulam illam, sed unam aliquam ejus affectionem, Staphylen, sive Uvam nominamus: raro autem hæc affectio circa Columellam contingit, tamen si sæpe inflammetur gravissimè. 6. de comp. med. loc. cap. 3. & lib. de anat. viv. Est igitur Staphyle, non illius partis inflammatio, ut quidam putant, sed quadam illius passio, in qua tota Columella laxata, extremâ sui parte major est & livida, superna verò tenuis, ut similitudinem fructus uvæ, unde nomen accepit, præ se ferat. Latini Uvam & Uvulam nominant. Gal. ibid.

Staphyloma, est oculi morbus, cum in summâ tunica quiddam acino simile evenit. 2. meth. 2.

Status morbi, est vehementissima totius morbi pars. 1. de cris. 8. Vel, Status morbi aliud non est, quàm morbi, quantum ad casus, & ad symptomata attinet, maximum. 1. aph. 7. Vide Consistentia.

Steatocele, affectio est scroti, succrescente in eo quopiam sævo simili corpore. lib. Introd.

Steatoma. Vide Atheromata.

Stegnosis, stipatio, cutis vitium, quo per occultos meatus prohibetur transmitti, quod superfluum est, excrementum fuliginosum, obstructis sive densatis meatibus, quam densitatem *μύωσις*, i.e. conniventiam vocant. 3. de sanit. tuend. cap. 10.

Stegnotica medicamenta, adstringentia, quæ sensibiles

fibiles excretiones cohibent ; quod quid enim claudit , & continet in se , nec quicquam sensibile ex sese emittit , Græcè στέγνον , sive Stegnoticum nuncupatur . 5. simpl. 14. Vide Obstruentia.

Stelechiæa , vena est superficiaria , & caudicis more sita , undè omnes alia venæ , sanguineis ac pedestribus animalibus procedunt . 6. de anat. adm. cap. 8. Estq; vena magna , ad portas jecoris sita , aliarum omnium caudex . Ibid. cap. 10.

Stephanos , Corona , & Iris , sunt locus ille communis , in quo universæ oculi tunica simul committuntur . 14. meth. 19.

Stephanixæa , sive coronaria vena , futura , & os . Vide Coronale os.

Sternon , est antè Thoracis os , sive os Pectoris . 7. de anat. adm. cap. 2. Sedes enim omnibus costis duplex est , prior sternon , i. e. pectoris os , posterior vertebræ , quæ totidem numero omnino sunt , quot & costæ habentur , duodecim inquam : enimverò pectoris os , unum quidem os apparet , membranis autem detractis , quod & plura ossa sint , & numero totidem , quot cum eo costæ dearticulantur , palàm innotescit . 8. de anat. adm. cap. 1.

Sternutatio , maximum remedium capitis halitibus repleti est , quâ uno impulsu tum à pulmone , tum à capite spiritus emittitur copiosissimus , ad expurganda ea , quæ in anterioribus Cerebri ventriculis , & in naribus offendunt . 2. de caus. sympt. cap. 4. Sternutatoria verò medicamenta sunt , quæ naribus admota , vapore ad Cerebrum sublato , crassitudinem humoris attenuant , & per nares seu palatum Cerebrum expurgant . 13. meth. 21.

Stigmata , inter cutis vitia numerantur , & dicuntur

non puncta, sed macule punctorum, magnitudine suâ & formâ hominis cutem & superficiem deformantes ac variantes. Vermicaram vulgò nominant.

Stomachi paralyſis, ſymptoma eſt virtutis ſtomachi attractricis, cum alimentum aut omnino non trahere poteſt, aut quàm trahit debiliſſimè. 3. de ſympt. cauſ. c. 2.

Stomachicos eos appellant, qui appetentiam perderunt, & quibus poſt ſumptum cibum, ventris os gravatur atq; opprimitur, egros intolerabilis anxietas habet. Appellantur quoq; Stomachici, illi, quibus nauſea contingit, & maximè ſi ad vomitum impellantur, & iuſdem ſimul cibi corrumpantur, quandoq; acidi, quandoq; nidoſi facti, quandoq; aliam vitiatam qualitatem adepti. Ad-hæc, eos Stomachicos appellant, quibus ructus huiusmodi cum moleſtia quadam, anxietate, & ſubverſione contingunt, ſæpè cum nondum cibum acceperunt. Quin etiam, quibus per plurimum tempus, cibi in ore ventris morantur, gravantes & vix ſcendentiſ, tales etiam Stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum habentes, ut & plurima edant, & maximè gravati paulò poſt revomant, vocant Stomachicos. Alios rursus, qui fortiter exolvuntur, ubi diutiùs in ediam pertulerint, & ſi non citiùs cibum accipiant, in ore ventris morſus percipiunt, quorum aliqui etiam nauſeoſi ſunt, niſi citiùs potum ac cibum acceptent, Stomachicos etiam vocant. 8. de comp. med. loc. cap. 2.

Stomachum, os ventris appellant Medici ſuperius ſive ſiniſtrum. Sic Stomachica animi deliquia appellant, & quosdam ſtomachicos eſſe dicunt: ſic in eo loco oborto ab affectu p. n. appellantes, velut Hepaticos ab hepate, Colicos à Colo, Nephriticos à renibus, Spleni-

cos

cos à plene affecto, 2. de comp. med. loc. cap. 1. & 4. de caus. puls. 23. licet Stomachi nomine, etiam collum, omni ventri præpositum, instar Isthmi cujusdam angustum, intelligatur. 4. de usu part. cap. 1. Quin & Oesophagus, Stomachus dicitur. Vide Oesophagus. Est igitur Stomachus, os ventriculi, i.e. meatus superior ventriculi, per quem cibi in ipsum ventriculum intromittuntur. Aliud habet & Ventriculus os infernum, quod Græci πλάγρον, per quod chylus descendit, vocitant; duobus enim nominibus, Veteres, Os ventriculi nominabant, Stomachum & Cardiam, i.e. Cor. 8. de comp. med. loc.

Stomacica medicamenta sunt, quæ modicè siccant: sic vocata, quod in assiduo sint usu; cujusmodi sunt, quod ex Moris conficitur, & quod ex Rubi fructu, & quod ex succo corticis juglandium viridis, atq; etiam his magis, quod ex musto, & cupressi sphaerulis componitur. 5. meth. 10.

Strabismus, sive Strabilismus, est musculorum oculi, non omnium, sed aliquorum resolutio, ob quam causam vel sursum, vel deorsum, vel in latera nuunt oculi. lib. finit. med. Vide Illofis.

Stranguria, est vesicæ affectus, quo urina non retinetur, sed guttatim destillat, lib. finit. med. unde etiam Urinæ stillicidium appellatur. 8. de placit. 6. Fit autem vel imbecillitate vesicæ, vel urinæ acrimoniâ. 3. de caus. sympt. cap. 2. Vide Ischuria, & Coeliaca.

Strangulatio, est internecio, ob respirationis defectum facta; vel propter angustiam, & coarctationem alicujus spiritualium, i.e. respirationi servientium organorum; vel propter virtutis thoracem moventis imbecillitatem; vel propter vitalis principii vehementem refrigerationem: Angustia autem fit, vel repletâ eâ regione, quæ inter thoracem

racem & pulmonem est intermedia, vel pulmonis cavernis & fistulis obstructis, vel inflammatione quâdam totum viscus habente, vel asperâ arteriâ, velejus arteria caput, quod Græci Laryngem & Bronchon nominant, Latini Guttur: vel illâ gutturi præjacente capacitâ, quam Græci Pharynga, Latini Fauces nominant, affectum quempiam perpetiente. 4.aph.34.

Strangulatio uteri, & apnœæ, i.e. spiritus interceptiones, quæ mulieribus quidem assiduè, & præsertim viduis accidunt, fiunt innatâ caliditate, à multitudine materię frigide aggravatâ, ad similitudinem flammæ, quæ præmultis humidis lignis suffocatur. 3.de diffic.respir.c.10. & 6.de loc.aff.5. Affectus hic Græcis ὄσφρα, ὄσφρα, ὄσφρα, quibusdam ἀπνοία ὄσφρα dicitur: Latinis autem Uteri strangulatus, Uterina suffocatio, vel Spirationis ob uterum privatio, tum à parte affecta, tum à superveniente symptomate appellatur.

Strangulator. Vide Lycoides, & Lupus.

Strictor. Vide Anulus, Rectum, Sphincter.

Strigmenta, sunt particule quædam intestinorum, quæ in excretionibus biliosis simul dejiciuntur, summâ intestinorum tunicâ, humoris acrimoniâ derafa. 4.de art.31. Vide Rhypodea.

Struma. Vide Chœras, Parotides, Scrofulæ.

Stryphna. Vide Halituosa.

Stulticia, est rationis deperditio, cum læsione memoriæ, & phantasiæ. 3.de loc.aff.5.

Stupefacientia. Vide Anodyna.

Stupor, insignis est refrigeratio, idcirco corporibus ita dispositis, & sensûs, & motûs difficultatem inducit; quemadmodum completa refrigeratio & sensum & motum o-

minuendo

mnind tollit, & paralyfin inducit. Equidem novi quosdam adeò refrigeratis pedibus, ut primis quidem diebus sensus periret, sequentibus deindè diebus emortui pedes putrescerent. 2. de loc. aff. 2. Est insuper Stupor s; nptoma, quale dentibus evenit post esum malorum immaturorum, & aliorum acerborum & acidorum, proprio nomine appellatur αἰσωδία. 3. de aliment. facult. cap. 16. Est deniq; Stupor, cum nervus aliquis obstruitur, vel adstringitur, adeò, ut spiritus animalis ad membrum transmitti nequeat, hinc membra sensu & motu privantur. lib. de ren. aff. dign. cap. 3.

Styloides. Vide Graphoides, & Lithoides.

Stymmata, spissamenta sunt, quæ oleis adduntur, aut odoris gratiâ, aut ut compositiones diutiùs ab injuriis immunes permaneant. 2. de comp. med. per gen. 2.

Styptica medicamenta sunt, quæ stringunt partes relaxatas. lib. de Dynam. in proxm.

Subalaris venâ. Vide Axillaris.

Subclavium. Vide Cataclida.

Subcartilaginea. Vide Hypochondria.

Subcinctura. Vide Diaphragma.

Subcingentes membranæ. Vide Hypezochores.

Subductiones, Hippocrates appellat per alvum ex-euntia. 7. aph. 64. Dicitur autem subductio de ea tantum excretionem, quæ per alvum fit; nequaquam autem de eâ, quæ fit per universum corpus. 2. aph. 18.

Subfasciationes, & Subligamina. Vide Epidemus, & Plagulæ.

Subligamentum, Enæorema, & Nubecula, Hippocrati est, quod in urina, neq; in summitate, neq; in fundo vasis, sed in media sede sublime & exquisitè medium

dium existit; Nubecula autem id, quod supernatat in urina desuper, dicitur. 1. progn. 26.

Sublimis spiritus, est externus aër, qui ob suffocationis periculum, toto thorace, in suspiriosis cynanchicis, suppuratis, peripneumonicis magnâ vi attrahitur; nam nobis inculpate degentibus, solis infernis iis, quæ ad septum transversum sunt, partibus inspiramus; sin ampliorem spirationem requirimus, etiam partes infernis vicinas unâ movemus. Ubi plurimâ indigemus respiratione, tum partes etiam ad operta scoptula agitamus, totius thoracis validâ operâ urentes. comm. 2. in 3. de morb. vulg. 4.

Submissio. Vide Ablatio.

Substitutas medicinas appello, quæ in alterius locum subrogari queunt. lib. de substit. med.

Subsultus. Vide Palpitatio.

Subversio stomachi, est aut appetitus deperditio, aut nauseosa affectio, ab accepto cibo facta. 8. de comp. med. loc. 3.

Subversio volvulosa stomachi, appellatur fortis & contentiosus vomitus; nam quemadmodum in Volvulis, subversiones fiunt, cum magna contentione & violentiâ, adeo ut stercus etiam evomant; sic etiam alios vomitus violentiores concitados, quis appellare Volvulos posset. 8. de comp. med. loc. cap. 3.

Subvola, manus pars est exterior: ut enim supina pars manus, juxta pollicem assurgens, Thenar, & Vola dicitur; ita huic opposita, Hypothenar, i. e. Subvola nominatur. lib. Introd. cap. 10.

Succus. Vide Humor.

Succum medicatum vocant eum, qui primum defacatur, exinde verò Solis aut Ignis calore sic densatur, ut lon-

longiore tempore citra corruptionem asservari queat: Arabes Rob vocant. Ex hoc genere est, quod ab iisdem Miva dicitur: sic enim appellant succum fructuum, eò usq; defacatum & decoctum, ut sapa aut mellis consistentiam acquirat.

Sudamina, (Græcè ἰδρωμα) è genere sunt pustularum in summâ herentium corporis parte, quæ ad instar ulcerum cutem exasperant, proveniunt autem, veluti & ipsum ostendit nomen, propter multos sudores biliosiores, & mordaciores; mordent enim hi cutem, & pruriginosam efficiunt, & per modum ulcerum exasperant. 3. aph. 21.

Sudor, Græcè ἰδρως, est humidum tertiæ concoctionis excrementum, per cutem aquæ specie erumpens, cujus materia est humor tenuis, & serosus, alimento permistus, quò id facilius exiguas & capillorû modo tennes venas subeat, atq; ab his in partes, quæ eo ali debent, sese insinuet; est quin imò ejusdem cum urina generis, in eo tantum ab illâ differens, quòd hæc ad vesicam, ille longius in corporis habitum deferatur; cujus humoris excretio secundum naturam est, non minus quàm urina & aliorum excrementorum.

Sudor bonus est in febribus, qui evenit die judicatorio, ex toto promanat corpore, calidus, insuper integrè febrem finit, vel morbum tolerabiliorem efficit, idq; in acutis morbis. 1. progn. 26.

Suffocatio. Vide Strangulatio.

Suffusio. Vide Hypochyma.

Suffumigium. Vide Thymiama.

Sugillatio. Vide Contusio, Hyposphagma, Hæmalopa, Exuccatio.

Sumen. Vide Ephebæon.

Sum-

Summum humerum. *Vide* Acromion.

Supercilia, sunt ea pars faciei, ubi frons desinit, ceteri termini hujus eminentes, & pilis consiti. *lib. Introd. cap. 10.*

Superexcretionem, aut Superpurgationem, recentiores Medici vocant eas evacuationes, in quibus Natura, adjudicatorium auxilium concitata, modum excessit. *3. de comp. med. loc. cap. 3.*

Supergeminalis. *Vide* Epididymis.

Supergenualis. *Vide* Patella.

Superhumeralis, quæ & Epomis dicitur. *Vide* Humerus.

Superimprægnatio. *Vide* Epicyema.

Superligamina. *Vide* Epidermus, & Plagulæ.

Superligula. *Vide* Epiglottis.

Superpurgatio, & Supervacuatio. *Vide* Hypercatharsis.

Supinitas, stomachi affectio est, quâ in quamprimum assumpto cibo, si paulò fortiori motu corpus moveatur, statim vomunt. *Vulgò* Supinitas stomachi appellatur, contingit juxta intemperiem quamcunq, citra vitiatos humores. Aliquando sequitur ad solam oris ventriculi debilitatem, quod cibos amplecti, eiq, obvolvi non potest, veluti tota ventris amplitudo solet. Fit etiam propter humiditatem multam quidem, non tamen maligna qualitatis. Irriguus enim stomachus per largam humectationem, similiter ut ligamenta nervorum, laxatur; quandoq, verò cum vitiatæ alicujus, modicæ tamen humiditatis complexu; etenim sicuti multa, ita & valde vitiatæ peritomatæ, citra cibum, nauseam efficiunt. *8. de compos. med. loc. c. 3.*

Suppuratio. *Vide* Purulentia.

Suppuratus est, qui multum puris inter thoracem & pul-

pulm-
bus in-
rator-
cap. 6
rum
mini-
aut p-
fus, s-
mos
prate-
Puru-
S
3. de
usu p-
mio-
de T
S
aliqu-
te, ej-
tus, p-
ad an-
S
S
S
S
simil-
cund-
nosu-
max-
provi-
excre-

pulmonem collectum habet; communiter verò omnes, quibus inflammatum viscus aliquod suppuratum est, Suppuratos, Empyos & Empyicos vocant. 4. de caus. sympr. cap. 6. Suppurari autem, aliquando idem est quod corrumpi; sic enim sanguis, cum è suo loco exciderit, & per minimas partes ad eas, quæ in musculis sunt, cavitares, aut per inania spatia, quæ vasis circumjacent, fuerit effusus, suppuratur, aliquando nigrescit, aliquando in grumos vertitur, præsertim quando in magnam cavitatem præter naturam exciderit. 6. aph. 20. Vide Empyus, & Purulentus.

Sura, est Tibia venter, Græci γαστρονύχιον vocant. 3. de usu part. c. 10. Est posterior tibiæ pars carnosæ. 16. de usu part. 8. Veluti anteriorem carnis expertem, Anticnemion, & Ocream nominant. 2. de anat. adm. cap. 4. Vide Tibia.

Surditas, νύμφωσις, est actio auditus abolita, à causa aliqua præter naturam, videlicet à lesa audiendi facultate, ejusve primario instrumento, quod est animalis spiritus, p. n. affecto, aut lesis organis reliquis, quæ Natura ad audiendum comparavit.

Suspensum. Vide Sedimentum, & Hypostasis.

Suspiriosus, i. e. Asthmaticus. lib. de remed. par. fac.

Sutura. Vide Commissura, & Compages.

Sycosis, Marisca, Ficus, Ficatio, est tumor, à fici similitudine sic dictus, ulcerosus, rotundus, subdurus, rubicundus, dolorificus; ex quo aliquando exiguum & glutinosum quid, inæquale & graveolens, egreditur, in barba maxime exorians; aliquando & cum primis in capillo proveniens, quod semper fici similitudinem fert, & carnis excrescentiam. Interdum in mento fit, ab humore non so-

lūm crasso, sed etiam particeps serosa & tenuis humiditas, quā exulceratur: eoq₃ differt ab Iontho. Nascur & in ano, solā magnitudine a Thymo differens. Latini Mariscam appellant, quam aliqui dicunt esse ficum præ pinguedine hiantem. 2. meth. 2. & 10. simpl. Appellatur etiam Sycolis, interioris palpebræ dura & asperior scisura. com. 2. in 6. de morb. vulg. 4. & lib. de ocul. cap. 9.

Syderatio, (Græcis σφάκελ &) est corruptio solidorum corporum omnium, ipsisq₃ aded ossibus etiam mixtens, ne-dum carnibus, aut vasis solis; quo differt à Gangræna, quæ est mortificatio solidorum corporum, non ossium. lib. de tumor. cap. 11. & 7. de anat. adm. cap. 13. Totam substantiæ uniuscujusq₃ partis corruptionem, Syderationem (i.e. Sphacelon) Veteres appellant sed in partibus carnosiss, aliis quoq₃ nominibus, videlicet putridam carnem, marcidam, & vitiatam, alijsq₃ hujusmodi, eandem nuncupare consueverunt; de osse verò, quod in tota substantia vitiatur, syderatum seu sphacelatum tale inquirunt. Tale autem vitium ossibus contingit, quando adjacens caro pravas sanies producit, quibus ipsa madefaciendo corrumpit. 2. de fract. 20. Unde Sphacelare, i.e. corrumpere; & Sphacelon, i.e. Caries. 5. de loc. aff. 3. Semisyderatus autem dicitur, qui alterā tantum parte, dextrā aut sinistrā, computruit. lib. de aquā, aëre, & loc. cap. 6. & 4. de artic. 17.

Symmetria, est temperies, & contemperatura, temperata sive debita convenientia, & proportio inter se rūm similarium partium, in calido, frigido, humido, & sicco; tūm instrumentalium, in compositione, numero, magnitudine, figurā. 1. de sanit. tuend. cap. 1.

Symmetrum absolutè est, quod nulli collatum, mediū

dum est, & mediocre, adeoq; omnis temperiei, tùm activarum, tùm passivarum qualitarum, norma constituitur: tale & Eusarcon, & Quadratum est. Non absolute verò symmetrum, quod in aliqua specie vel genere tale est, ut ad ipsius comparationem, aliquid temperatum, vel intemperatum dicatur. 1. de temp. cap. 6. Symmetrum verò medicamentum est, quod & similis temperamenti est cum eo, cui admoveatur, & medii temperamenti est omnium primarum qualitarum. 5. simplic. 25.

Συνπάθειν, est per consensum, seu per viciniam affici, quoties pars aliqua non proprio affectu, sed alieno afficitur. 1. de loc. aff. cap. 5.

Sympathia, est affectio compatiendum alteri cui-dam primò patienti partium, idq; vel propter earum vicinitatem, vel propter societatem, quæ in ea sunt. com. 1. in 1. prorrhet. 20. Vide Idiopathia.

Sympepsis (Græcis πεπτασις) est concoctio, quâ Natura crassis & crudis humoribus, & concoctu difficilioribus, per abscessum providet, veluti calidioribus & tenuioribus per excretionem. 3. progn. 23.

Symphysis, est naturalis osium unio, per quam duo ossa sibi invicem aut immediate coalescunt, (veluti fungifiora, mollioraq;,) aut aliorum interventu connascuntur, (ut sunt sicciora, & densiora) nempe mediâ cartilagine, & dicitur Synchronosis; vel mediâ nervis, & dicitur Synneurosis; vel mediâ carne, & dicitur Syllarcosis. lib. de osib. in proœm.

Symptoma (aliàs Passio, πάθος, & πάβναι, & Epigenema, quasi supergenium, vel supergenitum dixeris,) generatim nominatur, quicquid animali præter naturam accidit; ut sunt tùm morbi ipsi, tùm morborum

causæ, intra corpus subsistentes. Alterâ verò significatio-
ne, ac magis propriâ, reliqua omnia, quæ (morbis, ho-
rumq₃ causis exceptis) præter naturam sunt, Sympto-
mata nominantur. lib. de sympr. diff. cap. 1. & cap. 2.

Symptomafis, affectus est, quo meatus, qui oculo vi-
dendi facultatem tribuit, ex atrophîâ, vel resolutione fit
arctior, & concidit. lib. Introd. cap. 15.

Symbebicos, (Græcis συμβηβικός) i.e. accidens; a-
pud Philosophos id est, quod substantiæ opponitur; sed à
Medicis, tum maximè Gal. 1. meth. contrâ distinguitur
symptomaticus: Quæ enim, inquit, constitutionem par-
tium, undè actio nascitur, necessariò sequuntur, sanis qui-
dem nobis symbebicota, i.e. accidentia agrotantibus
symptomata nuncupantur. Accidentium autem dif-
ferentias, 2. meth. tres constituit; sunt enim vel ut affe-
ctus, vel ut actiones, vel ut passiones: quorum hæc
exempla ponit, inambulare, uri, cædi, album aut ni-
grum esse. Præterea, id ex accidenti dicitur fieri, quod
nec primum, nec per se fit; id quod exemplo calculorum
motorum declarat Gal. lib. de differ. sympt.

Synanche. Vide Cynanche.

Synarthrosis. Vide Articulus.

Synætia. Vide Continentes causæ.

Synceras dejectiones, vocat Hippocrates imperini-
stas aquosæ humiditati, quibus solus humor aliquis dejici-
tur, sive sit biliosus, sive melancholicus, sive porri colorem
præ se ferens, sive bilis, quæ æruginosa nominatur; cu-
jusmodi dejectiones omnes, exustam esse omnem nativam
humiditatem à calore febrili, demonstrant. 7. aph. 6.

Synchondrosis. Vide Symphysis.

Synchisis, est oculi vitium, in quo confusi sunt ejus
humo-

humores: id quod accidit ut plurimum ex vehementi plaga, interdum verò & ex Uveæ tunica inflammatione, ruptis ejus vasis, & effuso humore eorumdem.

Syncomistos panis. Vide Autopyrus.

Syncope, est præceps virium lapsus, 12 meth. 5. quem virium lapsum duo præcipua symptomata consequuntur, exsoluto quidem nativo calore, frigiditas totius corporis; colliquatâ verò solidorum corporum substantiâ, sudor, quem Medici syncopticon, & diaphoreticum appellant; ex quibus pulsus defectio, & sensus motusq; privatio consequuntur. Differt à Lipopsychia & Lipothymia, quod, licet utraq; affectio hac affatim & confertim fiat, in syncope tamen plurimus subsequutus sudor diaphoreticus, languidiores vires reddit; sudor autem aut nullus, aut modicus est in exolutione, lipopsychia, & lipothymia, minoremq; noxam viribus infert.

Syncretica, h.e. relaxantia medicamenta. 2. de anat. adm. cap. 1.

Syncrimata, vocant corporum simplicium & elementorum compositiones, seu concretiones. lib. de differ. morb. cap. 5.

Syncretis, i.e. concretio & contemperatio. lib. de marcore, cap. 4.

Syndesmi, sunt ligamenta, sensus expertia, quæ ex osse ortum ducentia, (non ex Cerebro aut spinali medullâ) rotunda sunt, alba & exanguia, cavitare carentia, in fibras divisa. 6. meth. 4. Vide Ligamentum.

Syndrome, concursus est & congressus symptomatum. lib. finit. med. Plethorica autem syndrome, est omnium humorum concursus; Syndrome verò pathognomonica, est concursus symptomatum, morbum, hujus scilicet

speciem, sedem & causam conjunctam indicantium. lib. de cur. rat. per sang. cap. 9.

Synneurosis. Vide Symphyxis.

Synocha, h.e. continens febris est, cujus universum tempus una accessio est, & quæ vel semper in eodem vigore consistit, vel minuitur, vel augetur, donec judicetur; quacumq; enim, per circuitus certos, agitudinis accessiones sunt, ex membrorum dispositionibus ortum habent, quæ scilicet membra vel mittunt, vel suscipiunt, vel generant, vel attrahunt, superfluitates; sed quæ circuitum non habent, in his nulla est corporis pars, quæ præcipue sit lasa; sed qui in venis & arteriis omnibus continentur humores, atq; ii præsertim, qui in maximis atq; plurimo calore abundantibus vasis sunt, aut ob aliam quamvis causam, ut in Ephemeris, aut ob putrefactionem ferventes, febrem accendunt, Synocham appellatam, quæ à principio usq; ad finem nullam habet intermissionem, ac tamdiu perseverat, hominemq; deurit, donec, qui eam causantur, humores aut ex toto absumantur, aut coquantur, aut utrumq; patiantur. 2. de diff. feb. Febris hæc & Synochus putrida, deurens, ardens, Caulon, succensa appellatur. 2. de cris. c. 6. Vide Cōtinua. & Febrem Synochon.

Synochus, i.e. continens febris, quartum febrium genus numeratur, quod quia ex sui naturâ ultra tertium diem extenditur, nec humorem putrescentem habeat, nec febrilem calorem ut habitum possideat, propterea nec diaria, nec putrida, nec hectica dici potest; sed vel diaria plurium dierum, vel Synochus non putrida, vel Synochus conclusa merito appellari potest; quam febrem vel conniventia meatuum, vel recens corporum densatio & stipatio excitat. 9. meth. 1.

Sy-

Synodontes. Vide Hiartuli.

Synonyma, i.e. Univoca, quæ inter se communicantia, & in aliquo tertio convenientia, ab uno factam denominationem habent. 4. acut. 13.

Synopsis, i.e. compendium. lib. de nervor. diff. cap. 17.

Syntaxis, distentio, opposita est laxitati: utraq; & in cute, & in articulis contingit, aut resiccatis, aut perfrigeratis, aut inflammatis, aut induratis iisdem; in cute verò, non his tantum modis, sed etiam quoties musculi intra ipsam quovis modo augescunt, tum maxime ex carnis copiâ & abundantia, ut in utre pleno aquâ, & Tympania, quod Galenus in pluribus libris Methodi testatur.

Syntaxis, i.e. mutua compositio, & connexio. 1. de usu part. 14.

Syntexis, Colliquatio. Vide Febris colliquativa.

Synthesis, est osium compositio, qualiscunq; demum; est enim universi generis nomen: aliis nominibus vocatur Galeno, Syntaxis, & Homilia. lib. de osib.

Synulorica medicamina sunt, quæ ulceribus cicatricem inducunt. 13. meth. 5.

Syphon. Vide Metrenchytæ.

Syringotomata, instrumenta sunt, quæ ad fistulas incidendas sunt comparata. 6. meth. 4.

Syræon. Vide Sapa.

Syrinx, i.e. fistula, tubulus est callosus, angustus, oblongus, interdum etiam obliquus, os habens, cui cicatrix obduci nequit, per quod humor statis temporibus excernitur ichorosus, acris. Porro, fistularum aliæ cœcæ nominantur, quæ osculum in profundo, sinum ad superfi-

ciem habent; alia occultæ, quæ & os, & sinum obtinens in profundo. lib. finit. med. Vide Fistula.

Syffarcosis. Vide Symphysis.

Systematica inæqualitas, est congregatio multarum inæqualitatum, & pulsus ex congerie multarum pulsationum inæqualium consurgens. 4. de loc. aff. 8.

Systole, est submissio pulsus, i. de diff. febr. cap. 7. (dicitur etiam Systole & Diastole, i. e. constrictio, & dilatatio, de motibus thoracis & pulmonis, lib. de vocal. instr. diss. cap. 2.) quo motu facultas fuliginosa excrementa expellit & repurgat, atq; ita refrigeriū calori nativo molitur.

Systrophe, Phyma, & Schleria, h. e. tuberculum durum, ut exponit Gal. in linguis. Hipp. 4. acut.

T

TABES, (Græcis cōmuniter Phthisis appellata) est ulceratio pulmonis, thoracis, & faucium, tussicula, quam debiles comitantur febres, & corporis universi consumptio. lib. finit. med. Nominatur etiam Tabes, alicujus corporis particula præter naturam diminutio, sive ea in prima formatione hujusmodi appareat, sive post. lib. de diff. morb. c. 9. Vide Ex ægritudine senectus, & Phthisis.

Tabes oculi, (aliàs Rhetidosis dicitur) est solius imminuta pupilla corrugatio, incidentibus aliis super alias rugis, quod spiritus parcior à Cerebro, quàm pro naturâ deberet, affluat. Differt à Tabe oculi senum, quæ est corrugatio corneæ tunicae, & pupillæ angustia, ab imbecillitate senectæ, tùm ex defectu humoris tenuis, quo repletur; tùm ex spiritus supernè affluentis inopiâ. 10. de usu part. & 3. aph. 16.

Tabida febris. Vide Ex ægritudine senectus, & Marasmus.

Tabi-